

360 imp. Caes. divi A[ntonini] | Pii fil., divi Had[riani] | nepoti, divi Tra[iani] | Parthici prone[poti], | divi Nervae abnep[oti] M. Aelio Aurel[io] Antonino Aug. p. m., | trib. pot. XVII¹, cos. III, | fratri Arvali.

Romae rep. una cum N. 310, nunc in museo Vaticano (VI 1012). — 1) A. 163.

361 imp. Caes. divi An[tonini] Pii fil., divi | Hadriani nep., di[vi] Tra-iani Parthi[ci] pronep., divi Ner[vae] abnepoti | L. Aurelio Vero Aug. | Armeniaco pont. | maximo¹, trib. pot. III², | [*imp. II, c*]os. II, d. d.

Locris, hodie Gerace (X 17). — 1) Pontificis maximi honor Vero tribuitur in compluribus titulis provincialibus et in hoc Italico, sed civitatis Graecae, non recte (cf. Mo. Staatsr. II³ p. 1108). — 2) A. 163.

362 [*r*]mp. II Mar[ci] Aureli[us] Antonin[us] Pius et imp. II | [Lu]cius Aureliu[s] Verus . . .

Deutz rep. in ruderibus castris Romani (Mommsen ann. soc. antiq. Rhenan. 68, 1880 p. 47 ad ectypum). Titulus positus inter annos 163 et 163 cum Marcus et Verus imperatores essent iterum. Soloeicimos in hoc titulo scribendo commissos, praenomina Marci et Lucii perscripta, numerum II additum imperatoris vocabulo collocato ante nomina, M. Aurelium appellatum Pium (cf. infra N. 377 not. 1), nota! Mo. l. c.

363 I. o. m., | pro salute | et reditu et | victoria imp. | duorum Aug., | T. Ael. Celsus | cum Petronia | Respecta coniug. | et T. Ael. Celsino filio | kal. Aug. dedici.¹ | Macrino et | Celso cos.² | v. l. m.³

Aquinci (Budae) rep. a. 1816, nunc in museo Pestinensi, lapis ornatus anaglyphis (III 3432). — 1) Scr. dedic. — 2) A. 164. — 3) Respicit titulus ad bellum Armeniacum Marci et Veri, quamquam reditus pertinet ad Verum solum, neque is rediit nisi a. demum 166 (Mo).

364 Victoriae Aug. | Antonini et Veri, | M. Satrius Maior.

Sub statua aenea inaurata deae Victoriae scriptum in globo, cui insistit, rep. a. 1836 inter Cremonam et Mantuam (ibi fere ubi fuit Bedriacum), nunc in museo Berolinensi (V 4089).

365 Victoriae | Armeniacae Par[thicae] Medicae | Augustorum | sacrum | civitas Siagita^{na} d. d. p. p.

In provinciâ Africa loco dicto Gasr Essitt (VIII 965).

366 Iunoni Lucinae¹ | pro salute domus Augustorum, | imp. Caes. M. Aureli Antonini Aug. Armeniaci Parthici maximi² Medici³, et Faustinae Aug. eius, et | imp. Caes. L. Aureli Veri Aug. Armeniaci Parthici maximi² Medici³ et Lucillae Augustae eius⁴, | liberorumque eorum | Fortunatus decurialium gerulorum dispensator aram cum base consecr. — (*In latere sinistro*) permissu | Maeci Rufi curat. aedium. — (*In latere dextro*) consecravit X. k. Sept. | [*Q. Ser*]vilio Pudente L. Fufidio Pollione cos.

Romae (VI 360 bis vel ter descripta saec. XVI exeunte). — 1) Titulus positus propter puerperium Lucillae, quod celebratur etiam in nummis Lucillae, inscriptis Iunoni Lucinae et Fecunditas (Eckhel 7, 99). — 2) Testibus nummis Verus recepit